



322 Ostiae rep. mense Dec. 1880 in theatro.



Descripti. Lanciani apud Fiorellum *notizie degli scavi* 1880 p. 478.

323 cippus marmoreus litteris ex parte evanidis Ostiae in museo.



Descripti.

4 fortasse fuit TESTAMENTO; nam i littera quam excepti potest remansisse ex t., et post hanc spatium vacuum uni litterae sufficit. — 5 fin. fortasse aquam. — 7 constat HS supplet Mommsen.


324 cippus marmoreus. Rep. Ostiae a. 1867 exeunte ibi fere ubi reperti sunt n. 53. 69. 70, scilicet presso le ruine del metroo (monum. dell' Inst. VIII tab. 60 fig. 1 A), al di fuori però del medesimo, nelle adiacenze del lato dritto visc. Extat Ostiae in museo.

in latere dextro:

P · CL · P · F · HORAT ·	M · ANTIVS · CRESCENS · CALPV
A B A S C A N T I A N O	NIANVS · PONTIF · VOLK ·
F I L · D V L C I S S I	ET · AEDIVM · SACRAR · STATV
M O · P · C L ·	AM · PONI · IN CAMPO · MATRIS ·
5 A B A S C A N T V S	5 DEV M · INFANTILEM · PERMISI ·
PATER ·	VIII · KAL · APRIL
Q · II · CORP · DENDRO	plautiano · II · ET · GETA · II COS ^a
PHORVM · OSTIENS ·	²⁰³

Descripti. C. L. Visconti ms. et ann. inst. arch. 1868 p. 378; acta ms.

323a locum non adscripsit visc. Ostiae, ut puto; nam urbana certe non est propter v. 3, et in eodem pugillari reperiuntur plurimae inscriptiones Ostiae a Viscontio descriptae, licet in ea pagina in qua est haec et in ea quae sequitur complures perscripsit inscriptiones repertas Romae in vinea Bonelli.



C. L. Visconti ms. descripsit.

325 fragmenta cippi marmorei reperta Ostiae non longe a n. 324. A poca distanza dalla base antecedente e precisamente dinanzi alla scala del pronao del tempio furono scoperti dei frammenti di altra grandissima base, la quale, nella sua intezza, misurava ben due metri. L'iscrizione che si leggeva nella sua fronte è in parte mancante per le fratture del marmo, ma in assai più gran parte guasta col ferro. Sic VISCONTI. Fragmenta aut latent, fortasse terra rursus obruta, aut perierunt.

in plintho basis:

X III KAL
l. sePTIMIO · SEVERO · PERTINACE · AVG · II
d. clodio septimio albino caes CoS

ex inscriptione frontis non restabant
nisi haec:

dieS III KAL Endas
p CLAVd. VERAti abascantiani
VMM · DIES · VIII idV _s ANVAR
dies supra CRIPTOS · NON · OBSERVaverIT
5 SVMMAS · S · S · REI PVBLIC
ost? REFVNDI · SIC · PACTVS EST

in latere:

a.194 m. antius cresce NS · CALPVNIANVS V · C ·
pontif. uolkani ET · AEDIVM · SACRAR
xATIONE · VLLIVS · STATVAE
RAMQVE · STATVAM · IN
RIBT · CONSTITVERE 5
N · IMP · SEPTIMIO · AVG · II
COS

C. L. Visconti ms. et ann. inst. arch. 1868 p. 379.

In inscriptione plinthi v. 3 ante cos deesse aliquid non notavit Viscontius; sed desideratur Clodii Albini, Severo in secundo consulatu collegae nomen, videlicet antiquitus erasum.

In inscriptione frontis v. 2 traditur CLAVO · VERA, v. 3 viIID. Leniter corrigens rettuli ad P. Claudium Veratum Abascantianum, cuius diem natalem fuisse a. d. VIII idus Ianuarias ex n. 326, 4. 5 scimus. Quae sequuntur (v. 4—6), videntur superesse ex condicionibus sub quibus vel ipse P. Claudius Veratius Abascantianus vel eius nomine P. Claudius Abascantus pater summam aliquam nescio cui collegio vel quibus sodalibus donavit, fortasse eis ipsis qui recensentur in tabula n. 326. — Quod v. 4 legitur [scriptos] plurali numero, item v. 5 summas s[upra] scriptas, ea re indicatur non de Clodii Veratii tantum die natali nec de donatione semel facta hic agi; et re vera v. 4 memoratur alter dies, dies III kalendas nescio quas, fortasse dies natalis alterius ex filiis P. Claudi Abascanti, eius cui a patre positus est titulus n. 324.

Inscriptio lateris continet rescriptum eiusdem pontificis Volkani cuius n. 324. — 4 in. AMQVE, 5 in. CRIPTB editio. — 3—6 [si fiat sine vexatione ullius statuae ante posita utramque statuam in inscriptione inscribit(am) constituere [permitto. D.] n. imp. Septimio Aug. IIcos. proposuit Mommsen, ex parte Viscontium secutus. — 6. 7 significatur idem annus 194.